

A sumptis decernit fidem indubiam adhiberi tanquam originalibus ipsis, autoritate ipsius concilij. Deputati uero quatuor nationum earum, & dictus dominus Ostiensis collegij cardinalium nominibus approbando responderunt, placet.

## SESSIO DECIMASEPTIMA DE RECESSV

domini Imperatoris, quem concilium benedixit.

**D**IE lunæ quintadecima supradicta mensis Iulij, Constantiæ prouinciæ Maguntinensis in ecclesia maiori fuit tenta & solemniter celebrata sessio generalis, præsentē ibi serenissimo principe domino Sigismundo Romano- rum & Hungariæ &c. rege, unâ cū quâmp̄ pluribus principibus, ducibus, comitibus & nobilibus. In qua celebrauit officium missæ reuerendus pater dominus Vdalricus episcopus Verdenfis, præsidebatq; sessioni huiusmodi reuerendissimus pater dominus Ioannes episcopus Ostiensis cardinalis Viuariens. indutus pontificali- bus, & singulis ordinatis, legebantur lætania, ac alia deuota oratiões more aliarum, sessionum. Ipsius autem omnibus expletis, dominus Sigismundus rex prædictus stetit ante altare genibus flexis in ueste non Imperiali, sed quotidiana, & capite nudato, assistentibus eidem reuerendissimis patribus dominis Laudensibus & de Vrfinis, sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalibus. fuitq; interim cantata lætania, & cum peruentum est ad locum, Vt ecclesiam, dominus præsidens legit in hunc modum: Vt ecclesiam tuam & regem nostrum Imperatorem electum, hic præsentem, ecclesiæ tuæ aduocatum & defensorem, ad perfectam reintegrationem unitatis ecclesiæ præfatæ iter arripientem, dirigere, protegere, & conseruare digneris. Fuit responsum, Te rogamus, audi nos. Secundo dixit, Vt ecclesiam tuam & eundem regem electum, ab omnibus iniuriis uisibilibus & inuisibilibus præseruare & defendere digneris. Tertio dixit, Vt eundem Imperatorem electum, etiã ad nos incolumem reducere digneris, fuitq; responsum secundo et tertio, sicut primo. Completa lætania, ipse præsidens conuertit se ad Imperatorem, dicens: Saluum fac seruum tuum domine. Nihil proficiat inimicus in eo. Esto ei domine turris fortitudinis. Et decantata oratiõe pro pace ecclesiæ, redeunteq; Imperatore ad sedem suam, dominus Antonius episcopus Concordi- ensis legit quandam bullam & alia capitula infra scripta, tenoris sequentis

¶ Bulla legationis domini Angeli, olim Gregorij duodecimi,  
& prouisionis eiusdem.

**C** Sacrosancta generalis synodus Cõstantiën. in sp̄s sancto legitime congregata, uniuersalem ecclesiam representans. Cum Christi fideles p̄s in domino & acerbis affectibus, multis temporibus, sollicitudinibus, impensis, laboribus atq; curis occupati fuerint circa extirpanda schismata de ecclesia sancta dei, & post atque inter omnia alia huius pestiferi morbi quæ sita remedia, toti penè Christianitati & huic tandem sacro concilio Constantiensi facilius & potius antidotum ad hoc exequendum, uisum fuit, renunciations ac cessiones fieri debere per quemlibet pro Papa seu Romano pontifice gerentem, præcipue quoque propter pacem & tranquillitatem sanctæ matris ecclesiæ, totalis reintegrationis ordinem ad perfectionem, autore bonorum omnium, deducendum, laudabili humilitate prosequutus sit dominus, uidelicet reuerendissimus dominus Angelus de Corario, qui in sua obedientia Gregorius duodecimus dicebatur, renunciando uidelicet, cedendoq; expresse in scriptis realiter & cum effectu, iuri, titulo & possessioni, quod, quæ, & quâ, uel si quod, quæ, aut quâ habuit in papatu, & resignado papatû & omne ius papatus, titulû & possessionē, quod, quæ, & quam habebat, uel habere dicebat, p̄ manus magnifici uiri domini Caroli de Malaresstis, pro sancta Romana ecclesia Arimini & nonnullarum aliarum terrarum in tẽpore salibus uicarij & rectoris prouinciæ Romandiolæ gñalis, plenum & speciale ad hoc man